...tola XI.

Epistola ~~XX~~. DANIELI HEINSIO IOHANNES COCCEJUS.

...tola IX. D.N.N. JOHANNES COCCEJUS. 27

Opella nostra non unum laudatorem habuit atque approbatorem. Primus, qui monuerit quippiam, est D. Buxtorfius. cujus laudes propterea mihi sunt gratiores, quod ab eodem judicio & candore profectas oportet, à quo admonitio. Nec minus gratum est, quod et illam industriam nostram ad molitionem alius curæ depositam intelligo. Quanquam enim propter labores publice privatimque susceptos, ~~in ipso~~ obsequi in ipsa re hoc tempore non posse videar, tamen ~~[illegible]~~ oppido confirmat hoc me in illo consilio, quod inieram de communicanda cum adolescentibus versione Commentarij cujusdam Rabbini in aliquem sacræ Scripturæ librum. Qua tamen in ratione nescio annon sit Kimchij Abenesræ præferendus: præsertim ad psalmos: quum, quia Psalmi in omnibus scholis ~~[illegible]~~ solent discentibus proponi, in eos aliquid versari in manibus juventutis sit utilius. Amo autem Kimchium tum ob phrasin perspicuam & facilem ~~&~~ non minus puram, tum ob interpretationis diligentiam, quodque est sæpenumero alienarum sententiarum fidelis narrator. Celebre est ejus nomen in nostrorum hominum commentarijs. quæ res facere possit ejus notas vendibiliores. Abenesra ab omnibus pro Sapiente habetur. Et est vir grammaticæ & philosophiæ, maximè mathematicæ peritissimus. Gravis, acutus, accuratus, non redundans, non corticem, sed ipsum medullam sententiæ consectans.

[margin:] fere

...s tempore
...causas alle-
...cias fere
...satisfecisse
...ter. Vera
...mihi lite-
...declarata
...sa est, ut
...a ex re
...me à vo-
...derem in
...stuperem,
...em, non
...r parco
...maximorum
...is radios,
...is me non
...& officium
...Ecclesiæ
...micus cum
...dare &
...summos
...salutatos
...em omittere,

bat. Nam præteriti temporis culpam officii redintegratio facile abolet; sed pertinax silentium oblivionis & neglectus crimen trahit. Ego vero, Vir Excellentissime, serio testor, ita semper animo meo, præter eruditionem exquisitissimam, obversari imaginem virtutis & meritorum erga me Tuorum; ut propter hæc quidem omnia mea studia, amorem & observantiam Tibi à me deberi intelligam; illam autem suspiciam maxime, atque in omni studio industriaque mea nihil magis exoptem, quam testimonium atque approbationem mediocri

Stilus ejus concisus est admodum, ideoque neque ad imitationem, neque ad intelligentiam (nisi exercitatis) aptus. Quum philosophatur, ænigmatis et ~~parcis~~ obscuris indicationibus utitur. Desperabat n. à vulgo illa intelligenda iri: et peritis ~~nota~~ signa proposuisse, satis putabat. Ob eam rem ~~—~~ admirationi quidem fuit, sed à plurimis neglectus. Ex qua re contigisse autumo, ut etiam menda non pauca in ipsum irrepserint. Judicium ejus quod attinet, ~~repugnationi~~ contorsiores sententias prave nonnunquam videtur prætulisse. Ita acumen ~~judicij~~ ſ ingenij judicium ~~in~~ transversum egit. Aliquando mysteria ostentat, ubi præter Grammaticam subtilitatem nihil est. quale est ænigma in frontispicio. quod ex commentario ad Exod. 3. demum intellexi. Cæterum multa apud illum puto posse occurrere, quæ non intelligam: Et est, ubi jam diu hæsitavi, et de quo non semel D. Martin. p. m. meum contulisse memini ut Psal. 1: 6. ~~אמונות~~ הנדיונות אמונות quid sibi vellet, nunquam quivimus hariolari. De qua ~~loco~~ voce si doctiss. vir quippiam comperti habeat: libenter disco. Equidem אמונות locum ibi habere non puto. Et paulo ante quod dicit * הַכְּלָלִים הַנֶּפֶשׁ כָּל־חַי non intelligo equidem: nisi quod de ideis loqui videtur: et חַי ita videtur dicere, ut paulo inferius, + צורות / # Talia fateor à me non intelligi. Sitne vero culpa in me, an in ipso, dicere non possum. Certe, si ænigmata loquitur, Davus sum non Oedipus. quæ intelligo, refero ad applicationem Scripturæ: quæ obscura sunt, æquo animo ignoro.

* לְכָל הַבְּרוּאִים

+ חַיּוֹת

Epistola ~~XX~~. DANIELI HEINSIO IOHANNES COCCEIUS.

28

De ulteriore quæstione, quam præfatio libri mei commovit, cupio doctissimo viro satisfacere. Ego ab initio ad verbi divini intelligentiam omnia studia mea retuli. Cùm autem nescio quomodo plusculum temporis atq operæ non modo in Hebræa lingua sed etiã Talmudicis lectionibus ~~impenderem~~ mihi consumeretur, ~~erat~~ videbatur aliquibus ~~fu~~ respondendum, qui ~~me~~ ut inutilem Sacr. meum laborẽ carpebant. Hi homines qualesq nã fuerint, nihil attinet dicere. Accedebat, quòd eodem tempore exercebatur à nonnullis controversia de Stilo Novi Testamenti: ~~quæ~~ in qua quũ omnes interpretes ~~se~~ magnã cũ Hebraico sermone convenientiã reperissent, hi, quoniam ignari erant & Hebræi & Græci sermonis, & ut aliis, quos ipsi contemnere videri volebant, aliquid facerent, subornabant adolescentes, q aliquid in Græcis auctoribus lectitassent, uti quarundam locutionũ exempla ex Tragicis, Lyricis, Dithyrambicisq auctoribus conquirerent: ne videlicet Hebraïsmi essent, qui doctis esse videntur. quasi scilicet non cũ vulgo locuti essent Apostoli, aut quod ex Hebraico expressũ sit, id nequeat etiã esse Græcum; aut ~~quibusdam~~ paucis ~~exemplis~~ ~~[illegible]~~ formulis demonstratis de toto charactere † actũ esset. Hæc controversia quoniã ad me quoq pertinebat, libitũ fuit per occasionẽ, ~~ut opinabar~~, quantũ possem, clarè ostendere, unde † & quo consilio factũ esset, uti à stilo [cæterorũ Græcorũ suntũ

L. III. prima sol. ~~627~~.625.

...tempore ... causas alle- ... ideas fere ... satisfecisse ... ter. Vera ... mihi lite- ... declarata ... sa est, ut ... a ex re ... me à vo- ... derem in ... stuperim, ... em, non ... & parvo ... maximorum ... lis radios, ... vis me non ... & officium ... Ecclesiæ ... micus cam ... dare & ... summos ... salutatos ... em committi,

bat. Nam præteriti temporis culpam officii redintegratio facile abolet; sed pertinax silentium oblivionis & neglectus crimen trahit. Ego verò, Vir Excellentissime, serio testor, ita semper animo meo, præter eruditionem exquisitissimam, obversari imaginem virtutis & meritorum erga me Tuorum, ut propter hæc quidem omnia mea studia, amorẽ & observantiam Tibi à me deberi intelligam; illam autem suspiciam maximè, atq in omni studio industriaq mea nihil magis exoptem, quàm testimonium atq approbationem mediocri

disparet, et in Hebraismo tantopere conspiret.
~~Summa est, ideo id factum, quod Apost. Eu~~
Nimirum Apostoli et Euangelistæ, utor verbis doctissimi Bullingeri, docte quidem et clare, sed suo more et idiomate scripserunt. Id etiamsi nunc quidem ^ tamen nobis novum sit, ~~eas~~ erat illis seculi notissimum, omninoque dicendi genus omnino ecclesiasticum et protritum. Bene quod dicit, id genus dicendi fuisse Ecclesiasticum. Erat n. Judæorum Hellenistarum, qui vernaculam linguam Græcis vocabulis utcunque exprimebant, aut tale idioma à teneris imbiberant, atque usurpabant. Ergo in isto idiomate necesse est comparere similitudinem vernaculi sermonis. Vernaculus sermo erat non is tantum, qui purus in bibliis relictus est, Hebraicus sed etiam qui tunc inter vulgus notior erat et in Ecclesia quoque audiebatur, Syrus, qui ipse quoque suas habet differentias. quanquam n. temporis miscellaneum fuisse sermonem in comperto est. Hujus sermonis faciem exhibet Talmud et libri Talmudici. Ita enim videor mihi posse appellare illos libros, qui sub iisdem auctoribus, quibus sententiæ in Talmude accepta feruntur aut aliàs in eo citantur, aut iis, q in eo auctoris laudantur coætanei fuerunt, Conscripti ~~fuerunt~~. fuerunt Non excipio hic Midraschim et Targumim et Zohar et si quæ alia. Tamen in discernenda phrasi

Epistola ~~XX~~. DANIELI HEINSIO IOHANNES COCCEIUS.

29

utro sententiis ~~[illegible]~~ [illegible] opus esse judicio, opinor. Caeterum persuasum mihi est, ~~[illegible]~~ potuisse fieri, Apostolorum seculo, quin eorum loquela multum ex avi consuetudine traheret. Neque id ~~et~~ inficiatur Vir doctissimus, esse aliquas, quamvis non admodum magni momenti, quibus Talmud lucem foeneret. Sed si aliqua sint, suspicio est, fore plura, quam putamus, dummodo investigaverimus. Equidem, ~~quae~~ vera esse, quae ~~parvam est~~ sint hac vel illa ratione, quae tamen in alia causa atque negocio vim et momentum habeant permagnum. Nihil dico de illo exemplo, quod est in praefatione mea ex 2. Cor. 5: 19. quod ~~[illegible]~~ R. T. olim ~~non~~ displicuisse, memini; de quo etiam judicium Viri doctissimi intelligere valde cupio. De parvis, ex animi mei sententia affirmo, magnae mihi esse et ~~[illegible]~~ jucunditati et confirmationi, quum ~~frequenter in~~ Oratione Dominica ὀφειλήματα ~~esse~~ ex eo, quod Talmudicus dixerit, חובא // [illegible] ὑπομένειν [illegible] μεγάλην esse [illegible] // [illegible] ~~esse~~ apud Joannem ex ambiguitate vocis [illegible] crucifigere // ἀφορίζειν ~~esse~~ apud Lucam ex [illegible] // ~~[illegible] posse esse ex [illegible] quod est [illegible] ex verbis [illegible] confundere et confingere~~ Luc. 11: 27. Beatus venter pro formulam [illegible] vulgare totidem verbis in Zohare observasse ~~[illegible]~~.

in N.T.

in sermonibus Evangelistarum et Apostolorum phrasis [illegible] seculi reperio. Ut in.

[illegible]

bat. Nam praeteriti temporis culpam officii redintegratio facile abolet; sed pertinax silentium oblivionis et neglectus crimen trahit. Ego vero, Vir Excellentissime, serio testor, ita semper animo meo, praeter eruditionem exquisitissimam, obversari imaginem virtutis et meritorum erga me tuorum, ut propter hanc quidem omnia mea studia, amorem & observantiam Tibi a me deberi intelligam; illam autem suspiciam maxime, atque in omni studio industriaque mea nihil magis exoptem, quam testimonium atque approbationem mediocri

* ~~quanquam~~ haec parvi sunt, ~~multu~~ me tamen
insigniter delectant, vel hac una ob causam,
quod ex talibus intelligo, non esse ~~ea~~ ista scri-
pta supposititia et a gentilibus excogitata, sed inter [ijs]
~~a viris~~ Judaeis in ista omnia ipso tempore et
gesta et praedicata fuisse. Taceo aliud ~~utilitatis~~,
pondus, quod in his est, quod ~~quas~~ viri doctiss. non poss. ignorare.
Quod si nescio quid in hac mea voluptate
vani est, nolim tamen +mihi extorqueri per vim
mentis errorem gratissimum. Sed, ut ut sit,
tria ~~duo~~ deprecor, ~~imo tria~~, 1. ne quis me putet
ita insanire, ut statuam sine Talmude Novum
Testamentum utiliter et recte intelligi non posse.
2. ne ita quis sententiam meam interpretetur,
quasi unice ex ~~Judaicis~~ istis ~~ecclesiae~~ libris et non
maximam partem ex sacro Codice N. T. explicanda
esse statuerem. 3. ne etiam a me quis postulet
indicem omnium, quae istam ad rem pertinere possunt.
Mihi enim hactenus fuit satis, agnovisse, eos, inter
alios ×, esse fontes, unde aliquid lucis N. T. accedere
possit: uti, si quid tale obveniret aliquando, id
annotarem: non uti propterea Talmud †pervolvendum
mihi putarem. Id enim, reor, non exiguam studiis
meis [importaret calamitatem. Quanquam si quid
forte in maturiorem aetatem de phrasi N. T.
meditatus fuero, in ea tractatione, quae huc spectant
locum sint habitura. #

+ fortasse

† et caeteros libros

[et tempori et loculis quoque non nullam

praesertim quia bibliotheca mea pauxilla est et publica in hoc genere ~~copia~~ [illegible])

Epistola XI. DANIELI HEINSIO IOHANNES COCCEJUS.

Talia sunt ~~ita~~ ἀκούειν ex ינוי intelligere. Βαβιλωνιαστὶ ἐξανακ[illegible]
מלכות השמים ‖ עלם κόσμος, עולם : [illegible] ~~[illegible]~~ ῥίζα [illegible] ‖

Luc. 14:18. ἀπὸ μιᾶς, statim [illegible] ‖ ἐξουσίαι, רשויות ‖ ἀδικεῖν, laedere

הדין ‖ θάνατος, pestis, [illegible] ‖ ὕδωρ ζωῆς מים חיים

ὕδωρ ζωῆς. Ap. 22:1. μένων, superstes קיים ‖ ἐθαύμασεν ὀπίσω. Apoc. 13:3.

תוהו אחרי ‖ δόξα, splendor, איקרא) κοινόν, חול ‖

~~ὁ [illegible] τόπος~~ σὰρξ καὶ αἷμα, בשר ודם

οὗτος ὁ αἰών עולם הזה ‖ φρονεῖν τὴν ἡμέραν. [illegible]

Rō. 14:6. ‖ κενοῦσθαι 1. Cor. 1:17. ~~[illegible]~~ [illegible]

~~[illegible]~~ 1. Cor. 16:12. οὐκ ἦν θέλημα: [illegible] לא היה רצון ‖ 2. Cor. 1:11. ἐκ πολλῶν

προσώπων. [illegible] ex usu Rabb. ‖ 2. Cor. 11:10. ἡ καύ-

χησις αὕτη οὐ σφραγίσεται εἰς ἐμέ. [illegible] לא

vel [illegible] ‖ 2. Cor. 12:4. ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι.

[illegible] ‖ ~~ἐξαγοράζω~~ ἐξ ἀδικίας. προϊδοῦσα δὲ ἡ

γραφή, [illegible] similiter Rabbini loquuntur. Gal. 3:8. ‖

qualia sunt inde plurima occurrunt, quae proprie

ad seculum Christi et Apostolorum pertinebant, postquam

lingua Ebraea ~~[illegible]~~ in captivitate Babylonica

erat depravata. Quanquam autem ✳

[illegible]nto tempore
[illegible] causas alle-
[illegible]teras fere
[illegible]si satisfecisse
[illegible]eter. Vera
[illegible]s mihi lite-
[illegible]c declarata
[illegible]risa est, ut
[illegible]ua ex re
[illegible]d me à vo-
[illegible]nderem in
[illegible]ita stuperem,
[illegible]rem, non
[illegible] et parvo
[illegible]s maximorum
[illegible]lis radios,
[illegible]vis me non
[illegible]t et officium
[illegible]a Ecclesiae
[illegible]amicus cum
[illegible] dare &
[illegible] summos
[illegible]insalutatos
[illegible]nem dimitti-

bat. Nam praeteriti temporis culpam officii redin-
tegratio facile abolet; sed pertinax silentium oblivio-
nis et neglectus crimen trahit. Ego vero, Vir Excellentis-
sime, serio testor, ita semper animo meo, praeter eruditionem
exquisitissimam, obversari imaginem virtutis et meritorum erga
me tuorum; ut propter haec quidem omnia mea studia, amorem
& observantiam Tibi à me deberi intelligam; illam autem
suspiciam maxime, atque in omni studio industriaque mea nihil
magis exoptem, quam testimonium atque approbationem mediocri-

\# ~~Atq hæc~~ ~~quidē respondi~~ ~~volui in præsentia doctissimo viro~~

~~doctiss. viro~~ Atq hæc quidē putavi ad explicandam pertinere sententiam meā doctissimo viro; Cujus si amicitiā atq notitiam ulteriorē Te parario fuero consecutus, habebo de quo mihi ~~[illegible]~~ gratuler impensissimè.

~~T. R.~~

Studiosiss.

J. C.

NB. ~~Si T.R. judicaverit, me aliquem esse, me viro doctissimo Gesnero in hac materia respondere, posthac hæc nudius describere. Velim autem mihi significari quæ sit mercatoris alicui.~~